



Tom III
Mijakaneop Philoby.

[Faint, illegible handwritten scribble]



בשש

EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM
In,

PSALMUM

PRIMUM,

QUINTA,

Ad Ejusdem Comma quintum:

habebitur publicè

In Electorali Academiâ Wittebergensi,

PRÆSIDE

ANDREA SENNERTO,

Profess: Publ:

Respondente

M. ERNESTO BAKIO,

S. Th. St.

ad d. I. Martij boris antemerid.

in Auditorio Majori.

clō lōc LIV.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.

EXERCITATIONUM PHILOSOPHICARUM
In

P S A L M U M

PRIMUM.

QUINTA

Ab Eiusdem Corporis quinquagesimo

Ab Eiusdem Corporis quinquagesimo

in Electorali Academia Wittenbergensi

PRÆSIDIO

ANDREA ERNESTO

Professore Publico

M. ERNESTO BAKIO

S. Th. Sc.

ad h. r. Martii h. r. Martii

in Auditorio Majori

cl. loc. LIV.

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.



וְלֹא יִקְמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט

Idcirco non consistent impii in iudicio Tertium. Exege-
lis plenior scil. & accommodatio superiorum, ac du-
plex quidem illa, ad certas Impiorum miseriae spe-
cies; quarum prima: damnatio in Iudicio illo impr.
Universali, in praecedentibus verbis: *ideo non confi-*
stent &c. secunda: exclusio adeo & consequenter
à communionem justorum beatorumq; sempiterna,
in consequentibus: *& peccatores in caetu justorum.*
Quemadmodum enim palea à tritico, Matth. III, 12.
Luc. III, 17. hoedi ab ovibus, Matth. XXV, 33. & ult.
ita separabuntur in fine tandem Improbi à commu-
nionem piorum beatorumq; in aeternum. Cate-
rùm audiendi ante omnia videndiq; meritò primùm
vicissim, ut siveimus haecenus, Interpretes. Targu-
micus quocirca priora verba hunc in modum expri-
mit: *מִטּוֹל הַיּוֹכֵנָא לָא יוֹבִין רְשָׁעִי בְיוֹמָא רַבָּא* pro-
pterea non innocentes erunt (justificabuntur) improbi in
die magno. זָכָה mundum, innocentem, impunem esse &
haberi, justificari, prout respondet Ebraeor: נָקָה & צָדִיק.
V. Cl. Buxtorf. in Lex. Chald. Talm. & Rabb. Porro
Syrus paraphraestes: *מִטּוֹל הַדֵּרָא לָא יִקְמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט*
propter hoc non stabunt impii in iudicio.
Arabs: *فَلْهَذَا لَأَنْ يَكُونَ أَلْمَنَافِقُونَ فِي أَلْقَضَاءِ*
& propterea non stabunt (consistent) impii (nocentes, V.
suprà Comm. IV.) in iudicio. קָצִי decrevit, iudicavit,
latâ sententia, item damnavit & mortem alicui intulit
K fata



fatalia mala &c. Cl. D. Golius in Lex. Arab. recens edito
 expectatoq; diu sanè. LXXII Senes Græci verò: *Δια τῆς τοῦ θεοῦ*
ἀναστήσουσται ἀσεβῆς ἐν κρισει. Quos *κατὰ πόδα* sequitur
 Vulgatus, qui: *ideo non resurgent impii in iudicio.* The-
 ander verò Lutherus: *darumb bleiben die Gottlosen*
nicht im Gericht. Vetus semel atq; iterum citata, penes
 me: *darumb die Ungüttigen ersteen nicht in dem ur-*
theil. *יִפְּחוּ* *super sic, ad sic, ob ita, quasi dicas*
 (V. Avenar. Schindl. in Lex. ad voculas hasce) sicuti *יִפְּחוּ*,
hoc est, propterea, ideo, quocirca, quamobrem conf. Gen. II,
 24. cap. XXXVIII, 26. Jud. VI, 22. quasi vero dicatur: cum
 ergò res ita se se habeat (ad præcedentia igitur respi-
 citur) quandoquidem non sic impii, studia & actio-
 nes potiùs eorundem, tota vita deniq; atq; fors item
 piorum sit contraria, quàm sint vilissimi porrò, ab-
 jectissimæ sortis, fugacissimi, evanidi & inanes (conf.
 præcedentia, suprà quæ modò dicta sunt ad comma
 IV.) instar quisquiliarum coram vento, h. e. coram
 DEO, severissimo iudice ac justissimo eodem, proin-
 de, ideo non stabunt, con-subsistent in iudicio, &c.
 Ita enim rectissimè jam vertitur Verbum futuri tem-
 poris *יִפְּחוּ* (ut ut quidem aliàs, verum est, *יָפַח* &
 in significatione activà magis *furgere ad standum, ex-in-*
vel consurgere & in neutrali sive intransitivà *stare, con-*
vel subsistere denotet: quanquam illo modo vicissim
 junctum sæpissimè cum particulis *יִפְּחוּ* & *יִפְּחוּ* item
וּ & *וּ* sub hostilitatis sive rebellionis cujusdam
 connotatione, conf. Gen. IV, 9. Jud. IX, 18. Psal. III, 2. LIV,
 5. Mich. VII, 6.) cui statim ideo additur modus, meta-
 phorà q. desumptà à foro, sive rei circumstantia, ex-
 pres-

pressa quidem ⲁⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ *in iudicio*: de quò uberius mox.
 Minimè verò in alterà illà significatione: non *resur-*
gent impii: sicuti Vulgatus & LXX: de quo mox, uti
 dictum. Certè enim periculosa non minus lectio
 est I. si ad carnis resurrectionem hæc trahatur, quæ
 Origeni (Arnobio etiam adscribunt alii hanc senten-
 tiam, conf. ejusd. lib. II. advers. gentes, ed. Ant-
 vverp. cl. c. LXXXII pag. 55. & 56. impr. v. p. 67. 68. 69. &
 70. conf. & Lactant. Instit. lib. VII. cap. 20. ed. in for-
 min. Col. Allobr. 1613. pag. 589 & 591. in f.) olim erroris
 ansam præbuisse traditur à nonnullis (B. Gesnero,
 Henr. Mollero in h. l. aliis) ut assereret (si verum aliàs
 id sit, V. omninò B. Gerhard. LL. Tom. VIII, tract. 2. de
 resurrect. mort. §. 70.) impios non resurrecturos in
 die novissimo: cum quibus (si verum, inquam, aliàs
 hoc sit) facere hodie Photinianos notissimum est. Vid.
 & conf. laudat. Gerhard. b. m. cit. tr. §. 101. D.
 Menzer. in A. C. art. XVII. p. m. 753. D. Himmel. Syn-
 tag. Theol. disp. XXXII, th. 17. & Photinianism. disp.
 XIV. th. 67. seqq. Brochmann, LL. T. II. art. de resur-
 mort. cap. 2. q. 3. Id quod de Judæis etiam plerisq;
 hodiernis affirmat Cl. Buxtorf. in Synag. Jud. cap. 1.
 conf. Helvvig. dispp. Giff. Tom. IV. disp. VI. sive Elencho
 Indæor. III. memb. 2. th. 19. & 20. pag. 140. & 141. Nec, ut
 ut in diversum abeat Menasse ben Israel in de resurrect.
 mort. lib. II. cap. 8, diffitetur id tamen de R. Schadiâ
 Gaon, R. Mose Gerundensi & R. Davide Kimchi: quan-
 quam sint vicissim (Genebrardus, Lorinus in h. l.)
 & qui prolixius impr. aliquàm Kimchium excuset &
 explicet Sixt. Amama in peculiari hæc de re exscri-

ptā epistola ad Cl. Joh. Coccejum, Anti-Barb. Bibl. 1. 3.
 subnexā, pag. m. 966. conf. & p. 700. V. hanc omnino &
 lege, ut quæ ad institutum nostrum in præsentī aliàs
 non parū conferre possit. Aben-Ezra certè verò, in
 quacunq; quidē sit sententiā, *תו' ימ'י* nostrū exponit per
יעמדו *stabunt, consistent*: quemadmodum teste Pagai-
 no in Lex. etiam R. Abraham facit. Ac quæ quidem
 fortasse communis aut certè receptior sit sententiā
 Judæorum de hac quæstione: *an impii etiam in die no-
 vissimo sint resurrecturi?* infra suo loco videbimus, in
 peculiare propositā hac re Q. scil. XI. Cæterum ho-
 rum quicquid sit, & quicunq; sint, qui resurrecti-
 onem impiorum negant, V. hos solidè satis ac jam
 diu refutatos apud laudatos suprā scriptores, B. Men-
 zerum in A.C. art. XVII, p. m. 747. & 754. Gerh. cit. l. 5.
 71. 72. seqq. Himmel. Photin. disp. XIV. th. 71. Steg-
 mann. Photinian. disp. ult. q. 4. Conf. Menasse ben
 Israel supra cit. l. Addimus nos hac vice saltim, lo-
 cū huncq; nostrum quod concernit, si ad novissi-
 morum quatuor unum referenda sunt verba hæc no-
 stra *ימ'י נ'י*, ut putamus maximè esse, non certè de
 resurrectionis in carne articulo hic sermo est, sed de
 extremo magis iudicio, ut verba habent partem expres-
 sa, partim ex subsequētib; etiam & antecedētib;
 non obscurè liquet, veluti deinceps audiemus. E-
 gregiè huc quadratq; observatio, quæ Ambrosii est,
 ex commate ult. hujus Psalmi desumpta, quando di-
 cit: *Via impiorum peribit, non ipsi: quod acci-
 dens est peribit, quod substantia manebit. Ec. II.*
 Non minus lectio hæc: *אינן יקומו*, impii non resurgent to-
 leran-

leranda venit, si de resurrectione spirituali, h.e. conversione ad Deum per veram & seriam pœnitentiam intelligi debeat: quemadmodum ita accipi volunt Proverb. XXIV, 16. Jerem. VIII, 4. conf. Luc. II, 34. Eph. V, 14. &c. Hoc enim modo 1. particulæ illativæ כִּי לְעֵלּוּ *ideo, quocirca* penitus exspiraret vis: nec enim simpliciter dicitur $\text{יִקְמוּ אֲלֵי$ *non exsurgunt, vel exsurgent aut consistent impii*, sed כִּי לְעֵלּוּ *ideo maximè, idcirco*, propter antecedentia scil. quia tales sunt jam existuntque impœnitentes peccatores, propterea non consistent &c. 2. inanis hoc modo adeoq; committeretur ἄσολογία , utpote de quo (impiorum scil. perseverantia finali in peccatis) jam semel in præcedentibus abundè dictum: quâ de causâ & ipsâ etiam expressè vocantur hic iterum שֵׁרֵי אֲשֵׁרֵי *impii, impœnitentes*: atq; adeo potius illa dicta eorundem perseverantia finalis in peccatis in subjecto latet, non in prædicato יִקְמוּ אֲלֵי 3. adde quod rei circumstantia & vocabulum בְּמִשְׁפַּט *in iudicio* expressè additum aliud sibi velit præterea, præter, a jam, conversionem s. resurrectionem indigitatam illam spiritualem, quæ removetur ab impiis propriâ suâ culpâ, facillimoq; refellat hanc lectionem negotio. Ill. Nec, ut ut per omnia improbare hanc fortè glossam non possimus, satisfacit tamen contextui & ipsa, vel exhaurit vim totam seu mentem ejusdem, quæ de ἀνάστασις ex calamitatibus, periculis, umbrâ mortis, in iudicio correctionis sive castigationis, imò migrationis, quæ vocantur ita, in agone mortis, intellectum (ὅτι resurgent) velit: prout sumitur fortè τὸ ἵπ vel ἀναστῆναι Psal. XLI.

9. Jes. XXIX, 20 &c. in quibus videlicet murmurant
 adversus DEUM impii, nec resurgunt sapere, potius in
 desperationem ruunt & conscientiae terroribus oppri-
 muntur. Resp. Ut enim i. taceam, eam talemq;
 resurrectionem in vel potius ex miseris minimè ex-
 primi hoc in loco nostro verbis, potius diversum
 quid ab eo, *טו בשפט קים* scil. *in judicio*, absolutè. 2. Idem
טו קים simpliciter & illimitatè heic præscinditur &
 denegatur impiis, vel ab his removetur *קמי נ'ל*, planè nō
 quasi v. dicatur, *resurgent*, quod tamen indifferenter de
 omnibus in judicio correptionis aut calamitoso & si-
 milibus positis impiis affirmari non potest, saltim
 certè de induratis & finaliter impœnitentibus. 3. Ma-
 jus quid ergò subsit huic phrasi necessum est, & tale
קמי נ'ל h. l. intelligendum, quod propter causas an-
 tecedentes maximè positas se habet tanquam conse-
 quens necessarium & absolutum, qualis non-consi-
 stentia, ut sic loquar, sese tum demum offeret maxi-
 mè, atq; spectandam dabit turpiter in extremo illo
 judicio, ubi *טו קים* planè amplius nullum locum ha-
 bebunt apud impios; neq; *ἀνάστασις*, dico, ulla neq; *στάσις*;
 quale hoc scil. in loco concipiendum maximè nostro,
 de quo deinceps aliquam plura paulò infra: quan-
 quam fortasse subordinata esse possint aliàs, atq; sint
 sanè talia, illa antecedens impiorum non-consisten-
 tia in calamitatibus, judicio correptionis & castigati-
 onis divine vel tentationis, & illa consequens deni-
 que (necessariò) in extremo seu novissimo judicio.
 Addi poterat 4. heic, & quasi de superfluo, non exta-
 re in præsentis h. l. vel præterito, *קמי* non resurgunt, sed
 in

in Futuro, *לֹא יִקְוּ* non exsurgent vel consistent impii.
 IV. Horum jam quicquid sit, ut Κοινῶν suam tucantur ni-
 hilominus pro more, qui eam amplectuntur, quicunq;
 sunt, vel exosculantur nimis, porrò plerisq; dico horum
 (Haymo, P. Lombardus, Hugo de S. Caro, Thomas, Ly-
 ranus & ex parte Lorinus ex sequioribus, alii) subti-
 libus mage, frustra licet, esse libido potius est, quam
 aliter (pro *resurgere, resurgent*) legere. Interpretanti-
 bus quippe porrò ideo aliis ita: *non resurgent* impii
 scil. ad beatam resurrectionem. Intelligunt ergò, nisi
 insigniter fallor ego, hac phrasi, resurrectionis mor-
 tuorū illam speciem, (quando ratione sub jectorum ita
 distinguuntur) quæ in S. Scripturâ vocatur aliàs, resur-
 rectio Vitæ, *εἰς ζωὴν αἰώνιον*, *חַיִּים* solemniter Interpre-
 tibus Ebrais, cui opponitur altera, *κρίσις* iudicii, conf.
 Joh: V; 29. quam *חַיִּים* speciali vicissim insigni-
 tam volunt quidam nomine: quanquam quæ Ebræ-
 orum distinctio non est satis firma neq; perpetua,
 sicut idem adserit Cl. D. Buxtorf. in *Lex. Ch. Tal. &*
Rabb. rad. *חַיִּים*. Verum verò de neutrâ hic, hoc, di-
 co, inciso quidem nostro, aliquid: sed de iudicii pro-
 cessu. actu quodam decretorio expressè loquitur va-
 tes, qui Spiritui S. linguam accommodavit suam. A-
 liudq; est iudicium novissimum, aliud præcedens hoc
 resurrectio mortuorum, aliud ipsa vita beata. V. Alii
 porrò ita amant: *non resurgent* impii, nim. in cœtu
 justorum, huc tractis ex inciso subseq. verbis: alii, in
 justitiâ suâ, ut pii. At enim res eò redit ferme, ut an-
 teâ: atq; de eo demùm verò membro subsequente di-
 cto, quæ sanè distincta sunt, minimè verò confunden-
 da.

da. VI. Alii porro: *non resurgent* in iudicio, scilicet ad iudicium, sive ut iudicentur: abusi dicto Joh. III. 18. *qui non credit, iam est iudicatus.* Quod aperte falsum, ut alibi fufius demonstratur. V. modò Dan. XII, 2. Joh. V, 29. Act. XVII, 31. Rom. XIV. 10. I. Cor. XV, 51. 2. Cor. V, 10, alibi. Alii VII. non ut iudicent, sed ut iudicentur. Mira glossa. Alii deniq;, et iam ex nostris, ut & hoc addamus saltim adhuc, in iudicio discretionis, in quo quidem homo inter bonum & malum iudicans detestatur culpam, in quam incidit, & per pœnitentiam resurgit, uti loquitur Carthus. Quod quidem iudicium fere piorum proprium est, qui se ipsos quotidie examinant, & conscientias suas discernunt: de quo salubri iudicio Apostolus: *quod si nos ipsos dijudicaremus, non utiq;, dijudicaremur,* I. Corinth. XI, 31. Ceterum facilis est etiam ad hæc quidẽ responsio ex superioribus: nec eadem singula ferme ad hoc forum, magis aliud, spectant; unde nec præcisè illa in controversiam vocata volumus. Verbo Valere iussã ergò hac lectione ἀναστήσουσιν, *non resurgent* impii, sive in Universali illà mortuorum resuscitatione, sive spiritualiter, aut quocunq; alio modo, rectius multo redditur vertiturq; לֹא יִשְׁתַּבְּחוּ nostrum *non subsistent, consistent,* (metaphorà desumptã fere ex foro, uti suprã ex parte jam dictum quoq;) *non stabunt,* h. e. succumbent, deficient, causã cadent, ob defectum scilicet causæ bonæ; de quo porro nunc. Extra enim controversiam I. ita accipi לֹא יִשְׁתַּבְּחוּ, imprimis ubi de iudicio, consilio, doctrina, verbo, promissionibus idem dicitur, (conf. item infrã Observ. XII.) persape etiam probant loca: *Et filii Israel*

non

non poterant **לִקְיָם** stare, subsistere coram hostibus suis, i.e. succumbebant, ignominiosè terga hostibus suis dando, Jos. VII, 12. Nec Verbum tantum, sed & Nomen in hoc significatu ita reperitur: *Et non erit vobis* **לִקְיָם** i.e. consistentia, sive consistendi facultas *coram inimicis vestris*, Levit. XXVI. 37. Conf. de reliquo seqq: Genes. XXIII, 17. Numer. XXX, 5. Deuter. XIX, 15. Jos. II, 11. 1 Sam. XIII, 14. 1 Reg. XIV, 4. Job VIII, 15. cap. XXII, 28. Jes. VII, 7. cap. VIII, 10. cap. XIV, 24. XL, 8. XLVI, 10. alia fortè. II. Ita Chaldaus similiter accipit, pro stare simpliciter: Dan. II 31 III, 3 VII, 16. III. Græcus *σταθῆναι* suum, Joh. VIII, 44: & prout vicissim *ἵνα* cadere in foro opponitur: *vigilate, &c. ut digni habeamini, qui effugiatis ista omnia, ἵνα σταθῆναι & stetis coram filio hominis*, Luc. XXI, 36. conf Ephes. VI. 13. seq. IV. Hinc Targum reddit: **לֹא יִבְיִחוּ** non puri, innocentes erunt, justificabuntur, V. supra, emphaticè planè. Addito V. & ideo notanter & expressè statim in fonte **בְּיִשְׁרָאֵל** in iudicio, in Targum verò **בְּיִשְׁרָאֵל** **בְּיִשְׁרָאֵל** in die magno: de quo quidem aliquam plura infra paulo. VI. Talem stationis ex latâ sententiâ modum svadent quoq; fortiter consequentia reliqua nec non antecedentia. Antecedentia: quibus quippe ideo maximè per particulam illativam immediatè subnectuntur hæc nostra: *non sic sunt impii. potius sicuti gluma, quam dispergit ventus: ideo non consistent in iudicio.* Consequentia: in quibus idem verbum tacitè repetitum eodem sumitur modo, ac quæ & ipsa vicissim ut consequens si habent ad antecedens suum: *non consistent in iudicio, ideo etiam non*

L

(per-

(permanebunt) in cœtu justorum. VII. Ita reddunt etiã
 am ex Rabbiniſis ſuprà citati: Aben Ezra, יָבִיטוּ *ſta-*
bunt, R. Abraham, ex ſententia Amamae R. D. Kim-
 chi, hodie Menaffe ben Iſrael, cit. l. p. 180. Ex Pontifi-
 ciis: Genebrardus, Emman. Sa, Janſenius, Menochi-
 us (jurati cœteroquin in Vulgata,) non reſistentibus per
 omnia Bellarmino, Lorino, aliis. Genebrardus, ex
 ſententia Sixtini modò citati mordaciſſimus aliàs ho-
 mo: *impii non conſistent præ metu, non ſe ſe efferent coram*
tribunali DEI. Et paulò poſt: *verbum* יָבִיטוּ *ſurgere &*
ſtare ſignificat. Emmanuel Sa: *non conſistent, quaſi di-*
cat, non poterunt ſe defendere. Corn. Janſenius: *dictio*
Hebraica יָבִיטוּ jakumu, quãvis etiam reſurgere ſignifi-
cet, propriè ſignificat ſtare: ſecundùm quam ſignificatio-
nem pleriq; reddunt ex Hebræo, non ſtabunt vel ſubſistent
impii in judicio: & paulo poſt: cauſa ſua cadent, atq; in
eo victi condemnabuntur. Stephan. Menochius item:
non ſe ſe efferent, non erigent caput coram DEI tribuna-
li &c. Ex noſtris & Calvinianis: Avenar. & Schind-
 lerus in Lex. Flacius in Clave, D. D. Glaſſ, Phil. S. lib. III,
 tr. 3. c. 1. Sixt. Amama, Antibarb. bibl: in h. l. p. m. 699.
 B. Gerhard in LL. Brandmüll. in tabb. Oſiander, Piſca-
 tor, Marloratus, Muſculus, Tremellius, Junius heic:
qui duo poſteriores: ne ſublato vultu quidem ſe audebunt
ſiſtere. &c. Res peſtremùm omnium eò er-
 gò redit, ut ex præcedentibus jam partem innotuit,
 quod phraſi hac יָבִיטוּ רַשָׁעִים לֹא יִקְמוּ לֵן *non ſubſistent im-*
pii, (addit R. D. K. heic non ſemel citatus: וְחַטָּאִים
 וְרַשָׁעִים לֹא יִבִּיטוּ לְפָנֵי הַיְיָ כִּן וְהוּא *& peccatores ſimiliter, &*
idem judicium erit irriſorum.) cauſæ malignitas repro-
 borum

borum in iudicio DEI retundatur, quod hac, causæ bonitate, cum non sint sicuti pii, ἰσὺς ἔσται &c. sed in omnibus iisdem contrarii è diametro, cadant, excidant prorsus atq; ita succumbant. Cum piis quidem communem habebunt $\alphaὐτάρκεια$, sed non $\sigmaάου$; non poterunt enim stare coram filio hominis, Luc. XXI, 36. ignominiosè potius terga dabunt Deo & Sanctis omnibus, Matth. XXV, ult; iusti verò contrà stabunt in magnâ confidentia adversus eos, Sap. V. i. condemnati (hi) ad pœnas æternas, cit. l. serie longâ descriptâ ibidem lataq; ita in iudicio illo univèrsali sententiâ. Jam, ita enim ἰσὺς ἔσται deniq; h. l. imprimis sumi, pro dicto iudicio nimir. arbitramur. Non rejicimus quidem etiam per omnia eorundem sententiâ, quo de etiam aliquid suprâ, quâ confidentia, ut sic loquar, impiis denegatur in iudiciis (quorum quatuor B. Gelnerus numerat in univèrsum, heic: V. & B. Gerhard. T. LL. VIII. tr. 2. §. 38. & T. IX. de extr. jud. §. 4. Meisner. in Beato homine suo, &c. ac de quibus ex parte etiam suprâ aliquid) particularibus sc. habitisq; aut certè incipiētibus jam in hac vita adhuc tēporali: 1. *discretionis* nostræ, 2. *castigationis* sive correptionis divinæ, 3. *migrationis* in agone mortis, ubi vita cum morte luctatur, in quibus deficiunt sæpissimè, succumbuntq; ac minimè vel rariusculè sanè subsistunt impii: (quanquam quemadmodum hoc in loco nostro extat, vocabulū ἰσὺς vel ἰσχυρὸς etiam *iudicii*, nominaliter sumptum & absolutè positum pro dictis iudiciis unquam vel ullo in loco S. Scripturæ usurpari, atq; adeò expressè s. $\text{κατὰ τὸ πῆλόν, ἡαυδδίανοιαν}$,
L 2. funda-

fundari illa hoc modo in eadem, prius etiam adhuc probandum esset sufficienter: ac dato jam insuper, non concessio, omnia illa particularia tantum tamen sunt etiam, nullum καὶ ἐξοχήν vel absolutè sic dictum, aut Universale) verum verò, dico, quicquid ejus sit, ac sint sanè etiam subordinata eadem omnia, de posteriore tamen specie sive postremo potius adeoq; 4. judicio nempe *remuneratōis*, quod vocant, de panegyricà & solemni illà ejusd. publicatione, simul & semel, super universum terrarum orbem locutionem heic esse Vati svadent porrò: I. Iterum, haud præterque rem planè, verbum מִן in futuro positum tempore, non *consistent*, (in literà enim omninò manemus, meritoq; id) suo scil. tempore & loco, minimè præsentiaut præterito מִן non *consistunt*. Id quod hac vice rectè urget monetq; etiam Rob. Cardinalis Bellarminus in ipsum h. l. II. ׀ emphaticum huic nomini מִן præfixum, ut ut latitans, pro more nonnunq. heic in dagesch compensativo. III. Ipsum id Nomen absolutè positum h. l. ac quasi verò ideo dicatur: in illo judicio, quod καὶ ἐξοχήν καὶ ἐξαιρετικῶς tale est eritq; & Universale, quodq; *Judicium* absolutè & simpliciter salutatur non rarò in S. Scriptura: Pf. IX, 8. Eccles. XII, 14. conf. 2. Petr. II, 9. cap. III, 7. IV. Hinc & Targum expressè idem circumscribit per מִן מִן *diem magnum*, quemadmodum Buxtorfius legit in Opere Biblico, vel מִן מִן מִן *diem judicii magni*, sicuti Schindlerus in Lex. v. מִן: quod verè nimir. magnum erit, judicando utpote toti terrarum Orbi dicatum. V. Wolf, Musculus in comm

comm. in h.l. infit: Arabs vertit כסוף, i.e. *in fine*; & ipse extremum illud iudicium, additq; quod in fine Mundi futurum est, notans. Quam voculam tamen Savariana nostra sive Romanensis codex non habet, sed אלקצאנא פי *in iudicio* decretorio, notanter & ipse, V. supra. Haud facile porro adducar tamen ubi ubi etiam legerit auctor, extare כסוף: forte כסף: notum Orienti alioqui vocabulum satis, quod sub notatione futuri temporis utcunq; etiam Arabibus innotuit; (nunquam, quantum sciam ego סוף) סוף vel סוף, mutatis scil. mutandis, *futurum est, distulit, procrastinavit, obtruncavit*: unde סוף & סוף, voculae *rem futuram* significantes. V. & conf. Schindl. in Lex. Rad. סוף, maximè v. Rapheleng. & impr. vicissim hodie CL.D. Golium in Lex. Arab. sub radicibus סוף & pag. 138. & 1244. VI. Id & contextus vicissim de quo supra etiam ex parte aliquid, facile demonstrat: consequentia imprimis, quibus separatio invicem justorum & impiorum consequens ac finalis quidem describitur. De qua porro adeò: sufficienter enim, nisi insigniter fallor ego, de priori illo dictum.

וְחַטָּאִים בְּעֵרָה צְדִיקִים (*neq; peccatores in congregatione justorum*.) Altera & extrema nunc Impiorum miseria species: separatio, scil. sive exclusio potius eorundem à communione Justorum expressa, & vi contrariorum implicita damnatio, & actualis quidem illa (haud decretoria amplius) ad Orcum ac sempiterna eadem. Quemadmodum enim, uti supra monuimus etiam, palea à tritico Matth. III, 12. Luc. III, 17. hirci ab ovibus, Matth. XXV, 33. & ult. ita separabuntur

quondam in fine mundi, lataq; in novissimo iudicio
 (de quo hactenus) sententiâ decretoriâ, reprobi, sepa-
 ratiq; manebunt deniq; à communione justorum
 beatorumq; æternum. Chaldaeus vicissim hæc ver-
 ba ita reddit: **וְחַיִּיבִין בְּסִיעָה צְרוּקִין** *nec peccatores*
 (convicti) *in cœtu justorum*, Syriaca paraphrasis: **אִפְלֵא**
וְחַיִּיבִין בְּכַנְוֹשְׁתֵּיהֶן דְּזוּרִיקִין *neq; peccatores in con-*
gregatione justorum. Arabica: **וְלֹא אֶלְחַטְמָתָא פִּי**
אֶלְצְרוּקִין מִצְמַע *neq; peccatores in concilio* (v. infra
 paulò) *justorum.* Seniores LXXII, hellenista: **ἄδὲ ἀ-**
μαρτωλοὶ ἐν Ἑλληνικῶν δικαίων. Communis: *neq; peccatores*
in consilio justorum. Megalander: noch die Sünder in
 der Gemeine der Gerechten. Aquila, Theodotio, atq;
 tertius Interpres quomodo **τὸ βְעֵרָא** in specie red-
 dunt, infra videbimus paulò. **וְחַטְמָתָא** &
peccatores, potius *nec*: quemadmodum etiam Inter-
 pretes pleriq; Luth: noch: repetito sc. ex præcedente
 inciso vel **ἀπὸ κοινῆς**, ut loqvuntur, particulâ negnadi;
 de quo paucis etiam infra aliquid, Observat. XIII:
 quemadmodum etiam verbo **יִשְׁטוּ** *stabunt, permane-*
bunt, consistent. **וְחַטְמָתָא** (pro quo vicissim **וְחַיִּיבִין** ha-
 bet Targum, quemadmodum superius comm. i. hoc
 est, debitores, rei, convicti q. d. peccatores) autem dum
 nominat vel exprimit, multò magis **וְחַטְמָתָא** vult item
 intellectos, extremè malos, vers. i. **וְחַטְמָתָא** *in*
congregatione, communione. Senes Græci fortassis legē-
 re **וְחַטְמָתָא**, quod extat suprâ commate. i. v. illud: un-
 de per **ἐν Ἑλληνικῶν** *in consilio* reddunt: quos **κατὰ πόδα** ite-
 rum sequitur Vulgatus. Quanquam recedunt ab eo-
 dem

dem vicissim, & rectè quidem hac vice, & per c scribendum esse, *in Concilio non consilio*, juxta fontem censent Genebrardus, Lorinus, Sa, Simeon à Muiis, Steph. Menochius: quorum ille, Genebrardus, & ex hoc procul dubio omni etiam Menochius, addunt tamen adhuc: *etsi Græcè sit eadem vox, licet ambigua, βελή*. De quo quidem ipsi viderint. Quod si verò probetur satis (neq; enim refragamur valde) excusantur adeo quidem LXX, minimè verò adhuc Vulgatus. Ecquid verò Robert. Cardinalis, Bellarminus? Ut ut quidem antè paulò meliora, *Potuit etiam fieri*, inquit tamen, *ut in Hebraicis codicibus irrepsere hada pro haza*. Ac concludit tandem: *utraq; lectio probanda videtur, una ob auctoritatem vulgatae editionis, quæ cum Hebræo concordat, altera ob auctoritatem LXX Interpretum*. At verò fieri etiam potuit, ut Jesuita protervus sit: qui utpote fontes ad ferulam vulgatæ correctas vult. *Utraq; probanda lectio*, inquit porrò. Scilicet, quia nunc hodieq; veritas duplicata est. *Una ob auctoritatem Vulgatæ*, pergit. Quasi verò: *quæ cum Hebræo concordat*: falsum hoc, probetur. *altera ob auctoritatem LXX Interpretum*. Quid ni Jesuita? Non autem irrepsisse vocem בערה vel ערה absolutum, pro עצה, sed illud textui genuinum esse, probant & constans lectio probatissimorum exemplarium, Interpretumq; maximè v. Consensus. Hinc Chaldaeus reddit per כְּנִישָׁתָא congregatio coetus, societas à כְּנִישָׁא vel כְּנִישָׁא congregari & congregare se, convenire quacunque de ratione & modo. Ita Syrus per כְּנִישָׁתָא ex כְּנִישָׁא & Ebr. כְּנִישָׁא mutato in ש, rarissimo exemplo, συνά-

γω,

γωγείν, colligere, συναγωγή, *synagoga*, congregatio, atq;
 tum postea *domus*, locus sacris dicatus conventibus, ut
 hodie sunt templa atq; asceteria academica nostra,
 Rabbinis frequentissimè כְּנֶסֶת אֲרָבִים Arabs eo-
 dem modo, aliâ licet usus nomenclatione, פִּי מִצְוָה
in concilio; יְעֻזָּבֵד locus conventus, confluxus hominum,
concilium, יְעֻזָּבֵד וְיְעֻזָּבֵד turba multitudo, collectio, יְעֻזָּבֵד
universitas, omnis, à themate suo יְעֻזָּבֵד confluxit, convenit
 in eadem sententiâ & loco, item collegit, congregavit
 quicquid & quovis modo, *concilium inivit*. Ita Aquila:
 ἐν συναγωγῇ *in congregatione*, vel si placet, *synagoga*.
 Theodotio porrò Ephesius: ἐν συλλόγῳ (cit. Drusio in
 frag. sup. h. l. ed. poster. Arnheimens. haud prioris,
 Antuerpiæ impressæ) *in collectâ*. Symmachus Samari-
 tes: ἐν συνελύσει, *in conventione*. B. Hieronymus: *in con-
 gregatione*. Est autem קָוָה (in quò קָוָה ut spe-
 cies generi opponitur) originaliter certus cœtus sive
numerus, hominum maximè, vel *conventus* determinato
 & tempore & loco, immò ad certam transigendam
 rem aggregari solitus: quemadmodum & תּוֹעֵבִים i-
 dem fere, *tempus* nimir. *statum*, imò & tempus & locum
 utrinq; constituta denotat non rarò: conf. Exod.
 XXXIV, 31. Numer. XVI, 2 & 3. unde תּוֹעֵבִים תַּבְּנִי-
bernaculum conventus, Exod. XXXIII, 7. Derivatur u-
 trumq; à תּוֹעֵבִים verbo ejusd. notionis, *condixit*, *indixit*,
constituit certum nimir. & tempus & locum, nec non
 eadem ad certam rem transigendam: Henr. Mollerus
 in comm. in h. l. *de sua voluntate seu fide certum aliquem
 reddere, addit à promissione vel juramento, vel signo, &c.*
 Hæc ille. Jam, hoc in loco nostro, quum & thema

modò

modò dictum, primitivum, **יער**, & derivatum hinc **ערה** latè patentissimæ sint significationis, utraq; dico, uti modo vidimus, quemadmodum Interpretum etiam singulæ voculæ, minimè dubitamus hoc insinuari heic quidem communionem sive societatem illam beatificam, quæ intercedet justis, **צדיקים**, sanctis quondam inter sese, piis beatisq; **אשרי האישים** in alterâ vita beatâ: (imprimis v. si præcedentium habeatur item, ut fas est omninò, verborum respectus) ut adeò ex hac exterminandi sint excludendique peccatores finaliter impœnitentes, de quibus utpote hic locus.

צדיקים deniq; verò atque in specie nunc, *Justi* quinar h loco? Id planum fiet omninò, primùm si vim vocis, & in abstracto quidem illam prout maximè notat, evolvamur: deinde si antecedentia omnia: tertio deniq; v. hoc comma nostrum præfens præcipuè quoq; respiciamus. Notat verò abstractum **צדקה** vel **צדק** *justitia*, unde denominantur in concreto h.l. **צדיקים** *Justi*, variè: quas operosè referre heic significationes omnes nec instituti hujus aut loci etiam est. Vid. saltim Flacius Illyr. in Cl. circa vocem hanc, alii. Usitatissimè dicitur vel de *rebus sive actionibus* vel de *sermone*. De illis quando, habitum notat animi sapissimè, sive omnium virtutum chorum, & rectum earundem usum; ut est apud Philosophum quoq;, nimirum rectitudinem & æquitatem, ita ut *παχυλως* loquar, quum unicuiq; suum tribuitur: V. & conf. saltim Psal. XV, 2. Genes. XVIII, 19. cap. XXX, 33. Dan. IX, 18: in specie nonnunquam misericordiam & benignitatem, immò & eleemosynam fortè (unde sapissimè confundunt & **צדק**.

M

צדק.

צדק vel צדקה & צדק Interpretes Græci, nec non unâ voce *δικαιοσύνη* eadem reddunt) V. Psal. LI, 16. LXIX, 27. CXLV, 7. Dan. IV, 24, Sed & non habitualem semper sive inhærentem, verùm etiam imputatam quandam justitiam notat: V. omninò Genes. XV, 6. & conf. Rom. IV, 3. De Sermone porrò quando dicitur item Justitiæ vocabulum, Veritatem sive potius Veracitatem notat in servandis vel servatis promissis: Psal. LIII, 5. Jes. XLV, 23. Jam, si ob Justitiæ sic dictas indigitatasq; modò species omnes, singulas Noster hic Justus pronuncetur fortè, minimè errabimus verò. Cæterùm II. singula, vel pleraq; certè, commata antecedentia Psalmi hujus nostri si percurramus vicissim, ob Justitiæ studium, cujus fundamentum fides & charitas, deprehendere liceat h. in loco laudari Justum nostrum, ita salutariq; nec non præterea in comparatione ad impios. III. Id tamen studii vicissim sive ipsa Justitia cum in hac vitâ inchoativa tantùm sit & imperfectior adhuc; ideo vel maximè tales, h. e. Justos salutari probabilius est, h. in loco, ob perceptionem, de quâ inter alia in hoc membro altero commatis hujus, quondam vel nunc Justitiæ consummatæ, ipsam illam consummatamq; & plenariam, in alterâ vitâ. Demum verò integrâ ergo hac phrasi quidem, sive inciso posteriori, tria maximè videntur insinuari. Primò, Impios quod concernit, & verba illa *αὐτοὶ ἔσονται* ex superioribus repetenda: *non manebunt* &c. titulo Ecclesiæ militantis in his terris & gaudere quidem hypocritas impiosq; immò v. non rarò dominari in Ecclesiâ, sicuti Pharisei & sacerdotes Ieroly-

solymitani apud Judæos, cæterùm in fine videbitur
 cujus sit toni, ut proverbiali hac utar locutione vul-
 gariq; , *non manebunt* scilicet, exterminabuntur æter-
 nùm. Secundò, Pios quod attinet, & vocabulum
 קהילה *congregationis*, Status vicissim (vi oppositionis
 cujusdam) Piorum adversus in his terris, qui ἀσάλευ-
 ον videlicet D. Paulo I. Cor. IV, II. h. e. dispersi, rari, dis-
 jecti, exules sunt vocanturq;. Tertiò deniq; verò ac
 postremùm, Utrosq;, Pios, impios quod spectat, ca-
 tastrophelata ac felix ratione Piorum, miserrima im-
 piorum: aggregatio nempe beatifica illorum ad vi-
 tam æternam regnumq; gloriæ, segregatio verò ex ad-
 verso horum & exclusio ignominiosa & ad Orcum
 tristissima damnatio, identidemq; sempiterna. De quo
 utroq; noster Servator ipse: *Videbunt filium homi-
 nis, & c. & mittet angelos suos cum tubâ & voce magnâ,
 & congregabunt electos ejus à quatuor ventis cæli, à sum-
 mo cælorum usq; ad terminos eorundem, Matth. XXIV,
 30. & populis, eo actis coram eo omnibus separabit eos invi-
 cem, ut pastor oves ab hircis: & statuet oves quidem ad
 dexteram suam, hircos verò ad sinistram, cap. XXV, 32.
 seq. & abibunt hi (hirci, impii) ad supplicium æternum,
 hi verò justi (oves) ad vitam æternam, ver. ult.* Hæc
 enim utraq;, maximè verò & explicitè quadantenus
 Damnationem actualem ad infernum Impiorum
 hoc inciso quidem sive membro posteriori comma-
 tis hujus insinuari, ut ultimum Infelicitatis summæ-
 que eorundem gradum, arbitramur omninò, atq; ex
 antecedentibus dictisque id satis liquet, ut verbo ideò
 minimè opus sit.

הלח אבן

BAKI, Noster amor, tales bene compre-
cor ausus,
Adspirent cunctis prospera fata tuis!

Paucis plura,

בלא לב ולב

Eximio Doctissimoq; Dn. M. Resp.

Amico suo per dil. pr.

PRÆSES.

Librorum, BAKI perdocte, indagine le-
ptum

Te sine fine videt Leucoris alma suum.
Dicitur amissum punctum Tibi temporis
omne,

Quod negitat Musis non benè cauta co-
hors.

Ingenium indagat doctum monumenta
sophorum

Dudum, quod studium præmia digna
dedit.

Non tamen, ut posset, mens enthea ces-
sat in hisce,

Et studium Hebræum ridet, Amice,
Tibi; Sisto

Sisto mei testes vice, sistis lemmata Lin-
gvâ

Docta palam quæ Tu cunq; tuere tuâ.
Pectore deduco votum: super æthera no-
tum

Cum Gnato servent Fata benigna Pa-
trem.

*Ita cōtaxisa suo Dn. M. Bakio, Magni
Parentis haud degeneri Filio ex a-
nimo Gratulari simulq; felicissi-
mum porrò studiorum successum ap-
precari L. M. Q. voluit*

M. Frid. Schererzius.

F I N I S.



Sisto mei resses vice, fidei lemmata Lin

Docta palam puzt a coud; eute tua
Pectore deduco vorum super ethera no-

Cum Quato seruent fars benigna Pa-

In detextu suo Dr. M. Baku Magni
Parentis hanc degenit lilio ex a
vino gratulati fandi fandi
vnum poro hancorum furellum ap
pictum M. S. voluit

M. F. Scherzhaus

F I N I S



Esse...
Doct...
Pastor...
cum...

PSALMUM

PREMIUM

Ad Ejusdem...

In Electorali Academia...

ANDREA SENNERTO

1717

ALPHONSE...

Typis...



EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM
IN

P S A L M U M

P R I M U M

Ab Eiusdem Corporis tertio Belli
in Electorali Academia Wittenbergensi

ANDREA SENNERTO

M. JOHANNIS FRASCKIO

in Auditorio Majori
ad d. 28. Maii anno 1717

Typis Johannis Reichenow Acad. Typogr.



01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309



Sb.

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

PHILOGICARUM

MUM

UM,

TA,

ma quintum:

publicè

ia Wittebergensi,

DE

ENNERTO,

Publ:

nte

O BAKIO,

t.

s antemerid.

Majori.

IV.

RG Æ,

ri, Acad. Typogr.

e

